sit ad abbatē vt ad eū veniret ⁊ sibi ecclāstica sacramēta porrigeret. Tūc abbas suspirit secū illum tacituenū ⁊ iuit cū sacramentis ad p̄cu tandum ⁊ cōsolandum illū heremitā. Et in via q̄dam latro audiēs cāpanā quam secutus est eos vsq; ad cellā heremite ⁊ mālt fozis reputans se indignū q̄ deberet intrare cellam tā sancti viri. Sed postq̄ heremita confessus est et cōicauit; tunc latro stans p̄ ianuaz cū humilitate cozdis sui dixit. O si essem talis qualis tu es. Et heremita in elatione mētis ⁊ cōplacētia sui ipsius dixit. Hoc libēter deberes velle q̄ esses talis qualis ego sum. Tunc frater ille tacituenus cepit flere amare et postq̄ abbas ⁊ frater ille recessert: tūc latro ille a remotis cucurrit post eos ⁊ inuocauit deū vt sibi daret contritionē verā ⁊ vite emēdationez qz iam p̄poneret illi abbati ꝑfecti ⁊ amplius nunq̄ [illegible]ccare velle; ⁊ sic velociter cursu cecidit et mortuus est imediate. Qō videōs ille frater cepit letāter ridere. Sz postq̄ abbas cum isto fratre ad suentum redit q̄siuit ab isto fratre quare sic taceret. Et rñdit. Dīc semel dixisti ad me. vade ⁊ tace. Ab illo die semp tacui nisi interrogatus fuissez. Tunc abbas dixit Qua re tu fleuisti cum illum sceꝛm heremitā cōicauit et quare cu risisti cū ille malus latro post nos cucurrit volēs nos spoliare vel occidere: ⁊ sic peccando in peccatis suis obiit. tunc frat respondit. Dat causa fletus mei fuit ista qz cuz cōicastis illū heremitā ifirmū; tūc latro steterit foris ianuā dicēs hūilitate cozdis. O si eēz talis q̄lis tu es Et heremita rñdit in elatione mentis. Hoc possez libēter velle Et sic mortuus est ⁊ dānatus; iō fleui. Sz latro q̄ post nos cucurrit habuit firmū ꝓpositū ꝑfitēdi ⁊ non spoliādi nos nec occidēdi Et sic currēs recidit et obiit; et angeli eius aiam rapuerūt ⁊ ad celum cum gaudio deduxerunt; qz sua contritio fuit tanta q̄ deleuit penam et culpam: ideo risi

¶ Ad idē festum. Ser. lxxiij. de bonis spūsancti

REpleti sunt oēs spūsctō. Act. ij. Ex quo iaz istis sacris diebus spūsancti missio pagit; tunc aliq̄d de donis spūsancti p̄ pātifer. dicēdum est. Vnde sciendū q̄ septem sunt dona spūsancti. q̄ ideo sunt septem. quia per ea septem vicia capitalia expelluntur. A Primum donū est timoz dñi: de quo dr Eccl'a. i. Timoz dñi iustū sapie Quod vnum cozdi nostro aduenies multa bona nobis cōfert Pzio docet p̄terea mala emē dare Eccl'. i. Timoz dñi expellit peccm Secundo docet bona operari Eccl'. xv. Qui timet deum faciet bona. i. qui timet deum nichil negligit. Tertio timoz ꝑseruat hoiem i bono. Eccli. xxvij. Si ī timoze dñi nō tenueris te instanter cito subuertet domus tua Ber. in tractatu de septē donis. Cōnexa sunt q̄dē timoz: et religio nec manere pōt alter sine alio. Ber. In hac vita nichil valet ad gram p̄merēdā ꝑsuādā et recuperanda: q̄ si videaris non alta sapere sed semp timere. Quarto timoz dñi miam meretur p̄s. Quō miseret pater filioz misertus est dñs timētibus se. Quito timoz confert horiplōgationē vite ad tpalia puisionē Pzouer. x. Tioz dñi apponet dies p̄s. Timete dñm oēs sancti eius qm̄ non est inopia timētibus eum Sexto facit ozōnem exaudiri p̄s. Voluntatē timētium se faciet ⁊ deprecationem eoz exaudiet; ⁊ saluos faciet eos. Septimo gram eternā meretur Pzouer. xxviij. Btus hō qui semp est pauidus Eccl'. xxv. Octus vie cui donatū ē habere timorē dei Gre. Vbi timoz nō est ibi salus non erit. Hi sunt septem fructus quos cōfert donum timoris quod est p̄mū donū spūsancti. Et hoc p̄mum donum timoris expellit p̄mum pctūm mortale. s. superbiam. Nam timoz dñi humiliat hominē: superbia vero eleuat Eccl'. x. Odibilis est coz deo ⁊ hoib⁹ superbia. Et q̄to homo se hic magis exaltat tāto magis i futuro humiliabit. Lu. xviij. Omnis q̄ se exaltat humiliabit: ergo vt i futuro exaltemur humiliemus nos hic coz deo in timoze dñi. i. Pe. vj. Humiliamini sub potenti mana vt vos exaltet in die visitatiōis Ber. Sola humilitas est que exaltat: sola q̄ ducit ad vitam Scōm donū est donum pietatis Vñ sciendū q̄ triplex pietas est habenda. Pzima ad deum ⁊ ista dz esse in bona confidētia quā habere debemus ad deum. Pzimo in tpali puisione ps Jacta cogitatū tuum in dño: ⁊ ipe te enutriet. Idem nanq̄ vidi iustū derelictū. Hec confidentia tollit nimiā ⁊ superfluā curā ⁊ sollicitudinē tpalū quā illi habent q̄ nunq̄ satiant; sed semp timēt sibi deficere: ⁊ cū magna sollicitudine p̄curant sibi tpalia quasi semp deberēt viuere ⁊ fozte in breui moriunt Lu. xij. Stulte hac nocte repetēt aiam tuā ꝛc. Cōtra ꝗs dicit xps Mat. vj. Nolite solliciti esse dicentes Quid māducabimus aut q̄d bibemus. nonne aia plus est q̄ esca: ⁊ coz plus q̄ vestimētū. q. d. Si dat maiora. i. vitā ⁊ vestimētum. Secdo in spūalibus. s. q̄tum ad aiam. ps. Speratez aūt i dño mia circū. ⁊ sic tollit desperatio q̄ est peior oī pctō. Isid. de sum. bo. Desperatio auget pctm. Desperatio est peior oī pctō Chrys. i ser. Nichil ciste deū offendit q̄tū desperatio. Tertio in ētis. i. remuneratiōe celestiū bonoz Joh. x. Nolite timere pusillus grex Cōplacuit patri vestro vobis dare regnum. Hanc fiduciam non debemus habere ex nostris meritis sz ex meritis ihu christi qui est redēptoz noster quē pater nobis dedit. Ro. viij. Quomodo nō etiā cum illo oia nobis donauit. In signū huius xps habuit in cruce latus aptum: qz p eū regnū celoz intramus Jhe cū nobis p̄ suam

passionē ianuā celi reserauit: ꝙtra hoc sūt illi pusillanimes qui qñ audiunt aliqđ de diuina iustitia immediate pterriti dicūt: ergo nunq̄ saluabor: ⁊ sic diffidere de eterna saluatiōe est diabolicū qz oi spe saluationis diabolus ꝑua tus est: ꝫ nos ꝛ̄ianī firmiter i deum sperare debemus: qz ipse est q̄ saluos facit sperātes i se. Scđa pietas est quo ad seipm: et illa debet esse i miserationē anime ꝓprie Eccli. xxx. Miserere aie tue placēs deo. B Ñ sciēdum q̄ ser opa mie debem⁹ exhibere aie nře. Ꝓzio debemus eam cibare: et hoc fit primo quando digne cōmunicamus sacramentū eucharistie vel etiam quando deuote audimus verbū dei Mat. iiii. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod ꝓcedit de oze dei. Greg. Cibus mentis est ꝟbū dei. Sed heu plures sūt q̄ corp⁹ oi die cibāt sed aiam raro cibāt audiē do ꝟbū dei qđ ē malū signū. Joh. viii. Qui ex deo est ꝟbū dei audit: ꝓpterea vos nō auditis qz ex deo nō estis. Scđo debem⁹ eā potare cū calice tribulationis et patientie quē xp̄s ꝑ se bibit et ꝓpiauit nobis. Mat. xx. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum. Tercio debet ire cū charitate dei ⁊ ꝓximi: qz hec ē vestis nuptialis vite eterne. Mat. xxii. Amice quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē: per quā vestē cognoscunt̄ filii dei. Joh. xiii. In hoc cognoscēt hoies q̄ estis mei discipuli si dilectio nē habueritis adinuicē. Quarto hospitare qđ sit per pniam quā agimus ꝑ peccatis nostris qz cū hō est in pctō moztali tunc facit māsionē i inferno ꝑs. Appzopiquauerūt vbi q̄ ad poztas moztis: ꝫ qñ pniam agit tūc ꝑparat sibi māsionē i celo. Mat. iiii. Pniam agite appzopinquabit em regnū celoꝝ. Quinto debem⁹ aiaz nostrā visitare: ⁊ hoc fit qñ fragilitatē nostrā pēsam⁹: ⁊ petā nostra cū amaritudine cozdis recolimus vt eā ꝓphera dicere possim⁹ Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aie mee Sexto debem⁹ eā de carcere huj⁹ mūdi educere: ⁊ hoc p desideria supnoꝝ. bñ ap'ls Colo. iii. Que sursū sunt q̄rite: nō q̄ sup terrā. Itē nostra cōuersatio in celis est. C Tercia pietas est q̄ ad ꝓximū ⁊ ista ꝑmo exhibet in dādo Eccl's. xiii. Ante moztē bñfac amico tuo. i. xp̄o: qz elemosyna in vita multo melioz est q̄ post moztē: qz vnus denarj⁹ datus ꝓpter deo in vita est melioz q̄ centū post moztē. Secūdo exhibet ꝓximo cōmēdādo. ꝑs Misereat et cōmodat ⁊ semē illi⁹ in bñdictione erit: ⁊ de hoc gaudet xp̄s ⁊ tota celi curia. qz sum⁹ iurē mēbza: ⁊ erit hoi valde meritoziū. Lu. vi. Mutuū dātes nichil inde sperātes Tercio i dimittēdo ꝓximo. Lu. vi. Dimittite ⁊ dimittemini Aug. in encheridion Ea elemosyna nichil est mai⁹ qua ex cozde dimittim⁹ qđ i nos quisq̄ peccauit. Quarto facta ꝓximi nō in malū interpretādo. Ñ Aug. sup illo ꝟbo. Mat. vij. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini Hoc loco nichil aliud ꝓcipi ē timo: nisi vt ea facta q̄ dubia sūt q̄ aio fiant in meliozē ptē int̄pretemur Vbi notādum q̄ q̄libet tenē cia dicta ⁊ facta ꝓximi in melioꝛē partē int̄pretari: nisi sint manifesta mala. Apls. Ro. ii. Quo iudicio alīū iudicas: teipm cōdēnas. Sed dicetes. Ñ ozē q̄ aliq̄ omnia que vidēt vel audiūt de ꝓximis sēp in malū interpretant. Rñdeo q̄ hoc ex duob⁹ ꝓcedit ꝓzio qz ipsi mali sūt. Chzy. Ois hō ꝑm se estimat alterꝝ Jdē Sicut difficille aliquē suspicatur malū q̄ bon⁹ est sic difficile aliquē suspicatur bonū q̄ mal⁹ est Scđo qz male efficit ad illū quē iudicat. Aug. Certū est q̄ de malo iudicato neminē iudicare quē tāq̄ meipm diligere sed ⁊ defendere ⁊ excusare q̄dm̄ publicū nō ꝓdiret. Ez qz charitatē ꝓdidim⁹ facilius alterutrū iudicam⁹: ⁊ q̄ ois q̄ aliū iudicat oster dit se vacuū a gratia dei et charitate ꝓximi Sed q̄ bona suspicat de ꝓximis ē signū ꝙfectionis ⁊ bonitatis. Greg. i moral. Quāto vos i bono ꝓficit⁹: tāto ēt bona de alio sētitis. D Terciū donū est donū scie: quod donū tria docet. Ꝓzio docet te cognoscere teipm. ſ. quis es quid fuisti: ⁊ qđ eris. Ber. Cogita q̄ dū vene ris ⁊ erubesce: dū es ⁊ ingemisce q̄ ꝓperas ⁊ timesce. Itē cognosce te ꝑ culpā actualē fieri deo exosuz. Sap. xiij. Odio sūt deo impi⁹ ⁊ ipietas ei⁹. Eccl's. xii. Altissim⁹ odio hz pctōres. Itē ꝑ culpā eris maledictus ꝑs. Maledicti q̄ declināt a mandatis tuis. Et insup debitoz moztis eterne nō solū ꝛ̄palis vt iumētū Ezech. xviii. Aia q̄ peccauerit ipa moziet Sz ecōuerso cognosce q̄ gratia facit hoiem filiuz dei et heredē. Ro. viii. Si filii ⁊ heredes. Itē facit hoiem btūm ꝑs. Beat⁹ po. cu. est dñs de⁹ ei⁹. Itā gratia facit hoiem et iā esse būdistum Deut. xxviii. Si ꝓcepta mea audieris benedict⁹ tu in ciuitate: ⁊ bñdict⁹ tu in agro Et ego hoc noie de⁹ bonos noiabit q̄ erūt ad dexterā ei⁹ dicēs. Mat. xxv Venite bñdicti patris mei. Scđo donū scie docet cognoscere deum. Ꝓzio inquātū est creatoz tu⁹ ⁊ tu creatura ei⁹ ꝑs. Ipse fecit nos ⁊ nō ipi nos: ⁊ sic teneris ei obedire tanq̄ creatozi tuo Scđo inquātū est dñs tuus et tu seruus ei⁹: ⁊ sic teneris ei fidelitē seruire tanq̄ seru⁹ fidelis dño. Tercio inquātū est ꝑ tu⁹ ⁊ tu filj⁹ ei⁹ ⁊ sic teneris ⁊ ei exhibere honozē ⁊ reuerētiā Quarto inquātū est redēptoz tu⁹, ⁊ sic teneris eū diligere Joh. xv. Maiozē charitatē nemo hz ⁊c. Quinto inquantū est futurus iudex tu⁹: et sic tenet⁹ eū timere in oībus ꝟbis ⁊ factis siue comedendo siue bibēdo siue dormiēdo siue vigilando E Tercio docet donū scie cognoscere ꝓximos. ſ. quō oēs hoies tam diuites q̄ pauꝑes: tā nobiles q̄ ignobiles sunt similes in quattuoz. Ꝓzimo: eñ hoies sunt siles ex parte ꝓncipii

qz omnes ab vno deo et ab eodē luto formati sunt et oēs nudi et pauperes nati. Job. xxxiij Ecce ⁊ me sicut et te fecit deus ⁊ de eodē luto ego q̄q̄ format⁹ cū Sap. vij Nemo ex regib⁹ aliud habuit natiuitatis initiū Scdo sumus sites ex pte medij qz oēs mortales ⁊ deus vite sum⁹ tā diuites q̄ pauper. Eccl. x. Ois potentatus ⁊ deus vita. Job. xiij. Breues dies hois sūt. Tertio ex pte finis qz oēs homines in cādē mortē ⁊ putredinē reducunt. Job. xvij. Putredini dixi pat⁹ me⁹ es ⁊c. Hoc pz in ossibus mortuoz qz ibi nulla est distinctio inter nobiles ⁊ ignobiles. Quarto ex pte iudicij qz oēs sub vno iudice rōnem reddere cōpellimur ij. Cor. v. Oēs nos manifestari opz ante tribunal xp̄i ⁊c. ⁊ Act. x. Ipse est q̄ constitut⁹ est a deo iudex viuoz ⁊ mortuoz. Et cū hāc equalitatē cognoscim⁹ tūc nos mutuo diligere debemus. vñ Greg. Oēs fres sumus vnus imperatoris ptātē gerim⁹ ⁊ cū eume ipsi⁹ redēpti Friderico fratres nostros q̄us pauper ⁊ abiectos i nullo despicere debemus. Aug. de vet. xpīa. Ego ho interroga bo te fortasse ⁊ pauperē pānosum nō quales in vestibus sitis: sed q̄les nati fueritis. certe ambo nudi ābo infirmi ābo mortālis miserimā in choātes: ⁊ ob hoc ambo plorātes q̄ nascebamini infantes: ⁊ illud donū expellit mundiaz q̄ grauis est charitati: qz gaudet de malis et cōtristat de bonis q̄ ē diaboli cū: ḡ iudi sūt a deo maledicti. Esa. v. Ve q̄ dicitis bonū malū: ⁊ malū bonū: ⁊ tales iudi sūt filij diaboli qz sicut charitas est signū filioz dei. Joh. xiij In hoc cognoscēt oēs: qz mei estis discipuli si dilectionē habueritis adinuicē: sic iudia est signū filioz diaboli. Quartū donū est donuz fortitudinis vbi sciēdū q̄ de⁹ nō q̄rit fortitudinē corpis sz spūs Mecmic. viij Faudiū est dñi est fortitudo nra. ¶ Est ergo sciēdum q̄ spūssanctus p donū fortitudinis triplr cōfortat hoiem. Primo in tolerādo aduersitates patiēter. Thes. iij. Patiētes estote ad omnes Scdo cōfortat nos spūssanctus p donū fortitudinis ad viriendū diabolū. Jac. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Tertio confortat ad operandum bona opa. Joh. ix. Operari opz donec dies ē: qz venit nox cū nemo operari pōt. Aug. Inutiliter in hoc tpe viuit nisi ad acquirendū meritū laborē q̄ in eternitate remanerē: qz bona opa oīnāt ⁊ comitant eiaz cū oēs amici eā deserūt. Apoca. xiij. Opa enim illoz sequunt illos: ⁊ tūc p eis remunerētur in vita beata Piero. Vnusq̄sq; sm opera sua mercedē accipiet. ¶ Quintū est donū cōsilij. Nota q̄ spūssanctus vult q̄ a tribus debemus q̄rere cōsiliū. Primo a deo. Thob. iij. Bñdic deū ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat ⁊ oia cōsilia tua in ipso permaneāt. Eccls. xxxvij In omnibus depcare altissimi. Scdo q̄rere debem⁹ cōsiliū a primo nō scientioso: discreto et timēti deū q̄ hz scientiā ⁊ vitā bonā: ⁊ non ab aliquo q̄ est dissolutus ⁊ malevite. vñ Amb. li. ij. de offi. Qui vtile iudicet alienę cause quę videt inutilē vite sue. Eccl. xiij. Qui sibi est nec quā cui bonus erit. Tertio q̄rere debem⁹ cōsiliū a ppria cōscia Eccli. xxxij. Oia fac cū consilio: ⁊ post factū nō penitebis qz sicut q̄s vellet alius consulere: sic et sibipsi dz facere. Et illud donū spūssti expellit auariciā: ⁊ hoc fit cum spūssanctus p donū suū cōsulit terrena despicere celestia appetere: qz terrena modicum valent in pñti vita: qz solū ad sustētationem corpis ⁊ in morte nichil pdunt. Hugo. xi. nō pderūt diuitie in die vltionis. Itē qz nō pñt trāsferri ad aliū seculū. Job. xxvij. Diues cū dormierit nichil secū auferet. Itē post mortē septus nocent multis q̄ reddituri sunt cōtē de ipsis tpalibus quō lucrata sint: quō posset sa ⁊ quō expēsa sint ad minimū quadrantem sed spūalia bona sunt appetēda: qz valent in vita: ⁊ hoc fit cū factū opa nostra meritoria. Itē in morte: qz faciūt hoiez feliciter mori. Itē post mortē: qz eternā vitā rribuūt Ber. i epla. Bona mors iusti ppt requiē: melior ppt securitatē: optima ppt securitatē Damas. lib. iij Mors scōz somnus magis est q̄ mors. Labor auserit ei i pñti scl'o videat i sclm futurū Sextū donū est intellect⁹: p illud donū spūs sanctus docet nos intelligere deū i nobis ⁊ in creaturis. Nā p magnitudinē et latitudinem hui⁹ mūdi poterīā dei agnoscimus: q̄ ipse est oipotēs q̄ in hoc pz cū posset adhuc fimitos mundos ex sua potentia creare. Itē per decorē celi et mundi ⁊ creaturarū sapiētiā dei intelligimus. Itē p bonitatē ⁊ vtilitatē creaturaz dei bonitatē intelligimus. Ergo q̄ vides alqua pulchra ⁊ dulcia gusta per hoc intellige et cogitare debes celestia. Bern. Dulcedo oīz creaturaz si q̄s iuste aduertit nichil aliud est nisi q̄ ad istā dulcedinē eternam nos inuitat: ⁊ illud donū expellit petīm gule: qz per donū intellectus cumim⁹ cibū ⁊ potū ⁊ vtimur creaturis dei ad honorem ipsius ⁊ ad vtilitatem nostram: ⁊ sic resecatur superfluitas gule. Septimū donum est donum sapientie Sciendum q̄ sapientia dicitur quasi sapida scia: qz p hoc donū spūssctus dat nobis sape celestia q̄ dulcedo p̄cellit oēm dulcedinē huius mundi. vñ bas. O dulcedo mellifica dulcedo mirāda q̄ dulcis es in meditatiōe sz dulcior i oratione dulcissima i cōtēplatiōe: sz sup dulcissima in vtitudine: imo tāta dulcedo est in eterna patria qō est inexplicabilis ⁊ interminabil' vñ tāta est dulcedo q̄ si celū aperet ⁊ minimū gaudiū alicui⁹ qui sctis videret q̄uis a nobis remote sint: ⁊ si tot⁹ mundus sustinere nō posset hoc gaudiū. Si autē possibile esset q̄ sustinere posset tūc nullū doz est a deo triste q̄n letificat

retu rnce alīq̄ pena eſt tā amara quā hō ſenti ret ſine igne ſine aquā bullīē: imo nec ipaz morē cozpalē. q̄d tūc erit cū nos illuc benerit mus: ⁊ cū oib⁹ ſcīs gaudebim⁹ Deuz videre eſt ita delectabile q̄ Aug. dicit q̄ portus vellet eſſe i inferno ⁊ deū videre q̄ celoz eius viſione carere. vñ ps. Q̄m̄ mille anni añ oculos ꝛc. Et illud damñ expellit petrū luxurie q̄z fm Grego. Gultato ſpū deſipit oīs caro Aug. Gaudium diuine dulcedinis non deguſtas: ſi carnali delectatione coz maculas.

¶ De vocatiōe hois ad gram. Sermo. lxxiiij

DEmo pōt venire ad me: niſi pr̄ q̄ miſit me traxerit eū Joh. vj. Sciendum q̄ circa ꝟba p̄dicta tria ſunt dicenda. Primo quō deus trahit ⁊ vocat hoiem multiplicit. Scdo quō aliquī non audiunt: ⁊ aliq̄ audiūt ⁊ nō aperiūt. Itē aliq̄ audiunt: ⁊ aperiūt: ſz cū diu non retinēt aliq̄ audiūt et apiunt ⁊ ſecū manere pmittunt. Tercio q̄d ſcienciē ſit de p̄deſtinatiōe ℣ Quātū ad p̄mum ſciendū q̄ de⁹ trahit ⁊ vocat ad ſe nos multipl'r. Prio p̄ internā inſpirationem. ps. Audiā q̄d loquat̄ in me de⁹: q̄z bone ſpirationes ſunt a deo. Apl's. ij. Coz. iij. Nō ſum⁹ ſufficiētes cogitare aliq̄d q̄ſi nobis. vñ quotiēs cogitatiōes bonas exhibuiſti: totiēs vocatus es a dño: ſz nunq̄ vel raro eſt aliqua dies qui hō hēat plures bonas cogitatiōes ḡ nūq̄ ē dies q̄n de⁹ trahat ⁊ vocet nos ad ſe. Jo. xiij. Modicū me cabis me: ego re. ti. Hec nīſi o nichil aliud eſt niſi q̄ q̄ hō hz bonā cogitationē q̄ itelligat eā eſſe diuinā vocationē ⁊ ei acquieſcat. Scdo vocat hoiem p p̄dicationē exteriozē q̄d ꝛtigit cū i oze p̄dicatoꝛis ponit ꝟba vite: q̄ ſz ſonēt exoze p̄dicatoꝛis tā ſunt ꝟba dei. Math. x. Nō em̄ vos eſtis q̄ loquimini: ſed ſpūs patris veſtri q̄ loquit̄ in vobis. et Lu. x. Qui vos audit me audit. Q̄d em̄ xp̄s p̄dicatozes tanq̄ nuncios mittat vocare inuitatos ad nuptias ptz: Mat. xxij. vbi dī. Miſit ſuos ſuos vocare ad nup. inuit. In q̄ vocatiōe relucet ſup nos magna ⁊ ſingularis dei mia: q̄z mīt̄s incredulitate ſua dimiſſis vocat nos ſingl'r. et iō ſi hac gratia vocationis abutimur euāgelio nō credētes ⁊ grām vocatiōis cōtēnētes ḡuius his q̄bus non eſt miſſa talis, vocatio q̄dēnabimur Jo. xv. Si non veniſſem ⁊ eis locut⁹ nō fuiſſē pccm̄ non hērent nūc aūt excuſationē de pctō ſuo nō hūt. ḡ talis vocatio ad nos miſſa p̄ p̄dicatozes cū oi reuerētia ⁊ deuotione eſt audienda tanq̄ vez ꝟbū dei. Aug. in li. de diſ. xp̄ia. Xp̄s eſt q̄ doceat audiam⁹: timeam⁹: faciamus bñ glo. ſup illō Lu. xi. Bti q̄ audiūt ꝟbū dei Bti q̄ audiūt ꝟbū dei ⁊ mēte recōdunt et opē cōplēt vt poſſideāt vitā eternā J Tercio vocat p exēpla ſcōz ⁊ bonoz hoim: ḡ q̄tiens audis dei vides hoiez ꝟtuoſum totiēs pulſat et vocat te xp̄s ad bonā ⁊ ꝟtuoſam vitā. Et ſic multi pueri ⁊ mali trahunt ad deū p exēpla bonoz hoim: qui videt vel audiūt. Gre. Nunq̄ pctōres ad lamentū pnie redirēt ſi nulla eſſent bonoz exēpla q̄ coz mentē traherēt. Exē plum. Erat q̄dā ſecularis q̄ tpe medie noctis audiuit fratres de ozdine p̄dicatoꝛum alacriter cāntare matutinas ſabbato die de vitā ḡine: ⁊ cogitauit qualr tu iaces miſer hō cū iſti tā deū ſuuz laudāt ⁊ ſic ꝛpunctus ozdinē poſt modū intrauit ⁊ in eo per multos annos laudabilr vixit. Quarto vocat̄ p bñficia quotidiana. ſ. p ſanitatez coꝛpis: p diuitias q̄s hoi largit̄: p honores p cibū: per potū: q̄z dat hoi aues i aere, pisces in aq̄s: animalia i ſiluis i cibū ⁊ ſic de aliis ⁊ p alia bñficia de⁹ nitit̄ nos ad ſe trahere vt. ſ. cogitem⁹ ſi tā in p̄ſti bñfacit nobis cū adhuc ſum⁹ pctōres ⁊ inimici ip̄i⁹ q̄d tūc faciet nobis in futuro cū erim⁹ amici ip̄i⁹. Ber. loq̄ns de dei bñficiis dicit Celū tibi fuit per ſuū motū celi luminaria p ſuū fluxū: ſol calſat tibi diē luna illuminat tibi noctē ignis tēperat aeris frigiditatē: aer tibi mitigat ignis caliditatez aqua mundat tibi ſeteꝛē: mitigat tibi ſitis ardoꝛē ⁊ fecūdat tibi ſteꝛrigoꝛē terra ꝟo te ſuſtēat ſua ſoliditate: recreat ſua ferūditate delectat ſua amenitate. ps. Quid retribuā dño p oi. q̄. re. mi. Quinto vocat p flagella. q̄ſi ei hō nō vult' aduertere bonas ſpiratiōes nec curat ſermones nec exēpla nec bñficia dei p̄ſt eum emollire: tūc de⁹ ex ſua bonitate flagellat hominē vt tū ſic cōuertat̄ ad eum. Gre. Mala q̄ nos hic p̄munt ad deū ire ꝛpellūt. ḡ quotiens aliquā aduerſitatē ſuſtinuiſti oībus dieb⁹ vt te tue: totiēs vocatus fuiſti a deo ad emendationem vite: ſz heu plures hoc non intelligunt ps. Voluit inteligere vt bñ ageret: tū tū mentum cognoſcit cū p̄cutiē ſi erraꝛ vt ad viā rectā redeat: ſz hō rōnalis hoc non vult itelligere ps. Dix inſipiēs nō cognoſcet hec. ḡ cur deus affligit te cū infirmitate coꝛpis. ſ. q̄z dētes: oculos caput dolet. intellige hāc eſſe vocē dñi. Itē ſi ſis pauptate vl'ſoꝛtunio vl'aduerſitate q̄licunq̄ grauaris: tunc ſuſcipe dñi nūtium ⁊ ſuertere a pctis tuis. ps Multiplicate ſunt infirmitates eoꝛ poſtea acceleraueruntEſa. xxvj. Dñe i anguſtia q̄ſierūt te Lu. xviij Compelle intrare Glo. q̄ hic aduerſitate cunguntad deū ire cōpellunt Gre. Felix neceſſitas q̄ compellit ad meliora. Jdē Gre. Miſericoꝛdit adhibet deus tpalem ſeueritatē ne eternam inferat vltionē. ideo hic q̄ſdaz patit vt eos impetuū feriat. ſō hic ferit non p̄dobit mekñū p̄at. Sexto vocat nos per bonoz p̄z miſſionē i futuro Eccl. xxiiij. Tranſite ad me oēs qui ꝛcupiſcit⁹ me. Mat. xj. Venite ad me oēs q̄ la. ⁊ one. eſtis ⁊ ego reficiā vos Jn hac vocatiōe p̄mittit ſeip̄m eternale fruendū. Gen. xv. Ego ero merces tua magna nimis. Itē an

geles ⁊ sctōs in seates ⁊ btām ꝯginē in matrem oim electoꝝ gaudia ⁊ merita in possessionem Greg. in moral. Quis enarrare sufficiat ꝑtū gaudiū q̄libet aia suscipiat de sanctoꝝ patriarchaꝝ humilitate ⁊ simplicitate ꝓphetaꝝ crudelitate ⁊ felicitate apl̄oꝝ charitate ⁊ magna diligentia. De martyꝝ stabilitate ⁊ pacientia. Confessoꝝ pietate ⁊ clementia. Virginum castitate et continentia. Viueria lingua et bor deficiet; qz intellect⁹ capi nō sufficit ꝑtū sit gaudiū choris angelorꝝ interesse p̄cē dei builū videre; nullo meu mortis affici iocunditatis perpetuo manere letari; ꝯ quotiēs occurrit memorie de gaudiis celi; totiēs itellige borem dei te vocātem. Septio vocat per maloꝝ exminationē in futuro. Ber. deus volens nobiscū cera ruā. s. hoiem reuocare indt Si iuuenem coegero a limū habeo; nunqd a mis dabo regnū mei. scio qd facia hō timid⁹ est terrebo eū si fo... fic quertat ⁊ viuat. Et exminat⁹ est acerbioza q̄ excogitari p̄t tenebras. s. etnas ignes imanoz tales; ignē inextinguibilē Aug. De illis q̄bus ꝑparat dolor ignis; ardor flamma; fletus sine pota; fletus ⁊ stridoꝝ dentium vbi moꝝ optat ⁊ nō dabit; vbi nullus ordo; sed sempiternus horror inhabitat. ergo quotiēs occurrerit memorie tue penam dānatoꝝ totiens xp̄s trahit te ⁊ vocat te ℟ Octauo trahit ⁊ vocat nos p suaz amarā passionē Jo. xij. Si exaltat⁹ fuero a terra oia trahā ad meipm. In signū huj⁹ tūc septē suauitates circa passionē xp̄i inuenim⁹. s. capitis inclinationē ad osculū in signū nostre reconciliationis brachioꝝ extensionē ⁊ amplexū i signū receptionis ad grāz de ptō redeūti; lateris apertionē ꝓpter effusionem pretij nostre redēptionis ⁊ ablutionis. Exiuit em̄ sanguis in signū redēptionis; ⁊ aq̄ in signū ablutionis; clauoꝝ i manib⁹ ⁊ pedib⁹ infixionē ꝓpt mēoziā recoꝛdationis Esa. xlix Numqd mē obliuiscī ⁊c. cozporis denudationē in exū nostre ꝑfessionis. ꝙ. s. oz esse nuda crucis portationē in exm nostre imitatiōis cozone impositionē in figurā nostre glificationis Hec oi tpe teneas memoriē si tunc incipis q̄ facere de Brute i Brutē ℣ Quātū ad hm dicēdū q̄ Quis dns nos multipl'r trahit ⁊ vocat sicut dictū est. tū qdā sunt qui pulsantem dnm nō audiūt; nec aperiūt; nec rūdēt; vt obstinati ⁊ indurati q̄ nec p inspiratiōnē nec p p̄dicationē; nec p bñficia nec per exēpla nec p flagella; nec per passionē xp̄i; nec p gaudia celi; nec per penas inferni emolliri p̄nt. Tales duri sūt vt adamas q̄ nec malleis nec igne emolliri p̄t. Zac. vij. Cor suū posuerūt vt adamātem immo tales obstiant duriozes sunt q̄ adamas qz quis adamas nō p̄t cōfrigi tū malleis nec igne ꝛuri; tū cū calido sanguie hirci emollit ⁊ istri duri ⁊ obstinat nec malleis inferni nec celi gaudiis; ⁊ qō pl⁹ ē nec sāguie hirci. i. xp̄i. emolliri p̄nt Ber. in ser. Putas ne kilū deputat ieiun q̄squis est ille, hō q̄ ipi⁹ nō terret cōminatiōibus nec attrahit p̄missionib⁹ nec p̄ceptis oꝑpat. nec zelus accendit. Et si fatet se oze cognoscere deū factis tū negat. Scōi sunt q̄ xp̄o vocanti hūiter rūdent; qz tū faciūt eū abire. nec ei apiunt vt sūt illi q̄ se ptōres humiliter cōfitent̄ ⁊ adhuc nō hñt volūtatē deserendi ptā nec se ex toto emendādi. Et tales sunt filies illis q̄ ad cenaz vocāti venire nolue runt; ⁊ hmōi se excusari rogauerūt dicētes Rogo te habe me excusatum Bre. Humilitas sonat in voce; ⁊ dū venire cōtēnunt superbia ē in actione; ⁊ si tales aliqñ in aliquo se emendāt. s. in uno ptō non tñ i alio. et in hoc volūt seruire duobus dñis. s. deo in illo in quo se emendant; ⁊ diabolo in illo in quo se non emendant. Verbi gratia. Qñq̄ qs se emēdat q̄ iam plus non vult fornicari nec inebriari ⁊c. ⁊ superbiā non vult dimittere. Itē in futuro non vult amplius vsurā recipe; ⁊ vsurā tā receptā non vult restituere; ⁊ sic de aliis. vñ Aug. in epla. Si res aliena ꝓpter quam ptm̄ est cum reddi posset nō redditur; nō agit pnia ⁊ fingit. Qm̄ non dimittit ptm̄ nisi restituat ablatus si restitui p̄t. Tercij sunt q̄ xp̄z audiūt. i. p̄dictas admonitiōes ⁊ rūdent; qz recognoscūt et confitent̄ se ptōres ⁊ apiunt; qz auertūt se a p̄cis p cōtritionē ⁊ ꝑfessionē ⁊ satisfactionē sed non diu xp̄m retinēt. nec eū diu apud se recipere ꝓmittūt; qz alijs hospitib⁹ suq̄ntē tib⁹ eū q̄si pauperē eiciūt; aut certe; qz dom⁹ multis vtēlib⁹ ineptis plena est; nō inuenit vbi capiat suū declinat. Vtēlia q̄ xp̄m in dētāt sūt occupationes sup̄flue rei p tpaliū Greg. in moral. Sollicitudo tpaliuz moꝛs est ⁊ excecatio spūaliū Ber. in ser. Poꝛoccupatio in secularibus desiderijs aiam sctām declinat nec misceri poterūt vana veris eterna caducis; spūalia coꝛpalib⁹; summa imis; vt pariter capias que sursum sūt. ⁊ q̄ sup̄ terrā. Hospites hō xp̄z expellētes sunt tētatiōes vel tribulatiōes vl̄ carnales delectatiōes; qz vbi ista sūt xp̄s q̄escere nō p̄t; signāter qñ hō supat a talibus tūc xp̄s expellit Qñ multi qñ audiūt i ꝑmone de dānis p̄cōꝝ. s. superbie; luxurie ⁊c. tunc cōpungunt; ⁊ sic audiūt xp̄m. ⁊ aperiunt sibi p̄ tritionē; ꝑfessionē; ⁊ pniaz; sz nō diu eū desiderio p mittūt. qz qñ tētatiōes vel tribulationes, vel delectatiōes eos ecōuerso infestāt; tūc redeūt ad eadē q̄si nūq̄ ea desiderassent Sicut in sacris tpib⁹. s. in aduētu ⁊ q̄dragesima quertunt; sz sacris diebus elapsis ad eadē ptā redeūt ⁊ recidiuāt. Cōtra q̄s ꝛ Gen. xix. Salua aiaz tuā et noli respicere post tergū Lu. ix. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ respiciēs retro aptus est regno dei Talib⁹ sic xp̄z expellētib⁹ p recidiuationem dicere p̄t xp̄s illud. ij. Reg. xiij. Maius est hoc malū qđ nūc agis q̄ qđ aū fe-

ctis: sicut q̄ pauper hospitio te fero accipet ⁊ eos q̄ nocte xp̄o ptibuit ecipere sic tal xp̄o fa cet q̄ eū de die. i. in gratia ecipit: ⁊ postmodū te nocte. i. p culpā ecōuerso eiecit. dñ Chrysо. in omel. O hō cogita grauioz̄ esse culpā post ptiā. Greg. Minoris excessus est ꝓtate ignoscere: q̄ in ea agnita non manere ℣ Quare sunt q̄ xp̄o audiūt. s. in admonitiōib⁹ ꝑdictis ⁊ aperiūt p pniam ⁊ q̄escere cū ꝑmit tūt p perseuerātiā ad bonū q̄ pficerāt in bono incepto: ⁊ nulla occasione a deo separi volunt q̄ nec vtilitas: nec damnū: nec moꝛs: nec vita nec tribulatio nec paupꝛtas ⁊c. eos separe pōt a xp̄o. Sic q̄libet xp̄ianus stare oꝛ q̄ portus vellet mēdicare ⁊ oia sua ꝑdere: ⁊ in cōi loquē do oēz penā potiꝰ sustinere: imo potius vitaz suā ꝑdere q̄ deū scienter cū vno pctō moꝛtali offendere. Et si q̄nq̄ peccat ex infirmitate sta tim p dolā ꝓtritione ⁊ pniam resurgere debz Ezech. xviij. In quacūq̄ hoza petōꝛ igemue rit ⁊c. Et cū talib⁹ spūlis cūs mansionem facit Greg. Quibere deū diligit ⁊ mādata eius cu stodit in ei⁹ coꝛ venit dñs ⁊ mānionē apud eū facit ⁊ illi salui fiūt q̄ sic in bono pficerāt: q̄z multoꝛ est incipe: paucoꝛ ꝙo finire. Quia tā plēs in inferno dānati sunt q̄ q̄nq̄ bonā vitā inceperūt: sz q̄z nō pficeraverēt: iō dānati sūt vñ Jsi. de sum. bo. Sal⁹ incipiētib⁹ ꝓmittit et pmiū perseuerātibus dat Ber. ℣Perseuerā tia est virt⁹ sine qua nemo videt deū. vñ Qui p seuerat in finē hic salu⁹ erit. vñ Exēplū Cōti git q̄. xl. xp̄ianī erāt captiuitati p gētiles et positi fuerē tpe hyemali i vnū dolū plenū aq̄ et cū sic mar. ꝓtizarent q̄dā gentilis vidit. xl. angelos. xl. coꝛonas tenētes sup capita eoꝛū Tādēvn⁹ ex eis dixit fidē xp̄ianā se negatu tū dūmodo exponeret de dolio: ⁊ cū fuisset ex posit⁹ vn⁹ āgel⁹ cū vna coꝛona volauit i celū. Q̄d iste gētilis vidēs dixit: et ego credo i illū p quo isti patiunt hāc penā: ⁊ posit⁹ fuit i la cū illi⁹. Et iste q̄ fuerat exposit⁹ q̄siuit ab eo ds tā subito eū cōuertisset. Jlle dixit ei q̄vide rat: ⁊ sic iste coꝛonā amisit: q̄z in bono nō plꝛ uerauit: q̄nis vñ incepit: et iste gētilis q̄ pēr seuerauit i pena cū alt̄js accepit coꝛonā etnā Ber. i ser. Vitā ego puto esse bonā mala pati et bona facere: ⁊ sic pseuerare vsq̄ ad moꝛtem ℣ Sz quātū ad tertiū sciēdū q̄ multi insi pientes dicūt q̄ ꝑdestinat⁹ ē advitā perire nō pōt q̄re frustra conabor q̄d futuꝛ ē fiat. Ecce quāta demētia null⁹ vulnerat⁹ aut egeꝛ dicit q̄d medic⁹ facit frustra est q̄d futuꝛ est fiat ecce nolūt aie sue dare legē quā coꝛpi tribu unt dicūt ei nolite mouere si de⁹ vult salvabi mur: ⁊ vñ nō dicunt. nolite cibū parare nolite vestimēta sartire: si de⁹ vult pasci ⁊ vesti non q̄nq̄ sine studio etna habere pōt sic et ꝓpa lia Rñdet q̄ nō imo de⁹ requirit studiū nostrū in illis q̄ fiat. Mat. vi. ℣Primū querite regnuz

dei: ⁊ hec oia adiicient vobis. ℣Prescientia dei nō infert alicui necessitatē: nullus cīm dānat nisi p vitia q̄ sunt in libero arbitrio. Deus nō cōpellit ad bonū vel ad malū: sz in hoie est q̄ deū vel dyabolū: ⁊ cum dñs aliquos ad se trahit hoc est ex mera diuina gratia: imo de⁹ pat oēs trahit: q̄z sib⁹ offert gratiā: nō vñ oēs trahunt vel venūt ad xp̄m: q̄z si oib⁹ offeraꝛ gratia. nō vñ oēs recipiūt. Ātende hō. Ecce si modo ignevī aq̄ aut hostib⁹ repleta eēt hec ci uitas vel vallis vna ⁊ nullo mō euadere pos ses nisi in turri altissimā traherēris: ⁊ amic⁹ tu⁹ stās sup turrī tune iteꝛ⁹ demisso pat⁹ eēt te ⁊ quēlibet volētē trahē. Sursū si ergo tu fu nē manu nō apprehēderes: vī si iā traherēris et i media via funē reliquēs caderes certe cul pa esset tua q̄ nō euaderes. Sic est ⁊ de tune gratie ⁊ charitat̄ p quē de⁹ q̄ est ber⁹ amicus patr⁹ est nos oēs trahere ad alta. Sciēdū q̄ sz ꝑdestinatio sit fixa ⁊ certa ⁊ mutari non pōt q̄ ad deū: vñ libeꝛ arbitriū q̄uz ad nos ma net advtrūlibet ad hoc pōt adduci exēplū na turale. Si video cecū aliquem in viuio scio q̄ si tēdit p viā q̄ ducit ad foueā cadit in eā. Si ꝙo vadit p viā rectā euadit eā: q̄ vtrūlibus me us opat advtā ceri vñ ad dānationē hois ꝓpe scia dei. excepto q̄ ego nō possum scire quam viā tenebit cet⁹ Exēplū. Fuit q̄dā deuot⁹ vir in monasterio cui sepe reuelatiōes fuerūt da te diuinit⁹. Qđ q̄dā frat alteri⁹ monasterij fer ens: instetit apud eūdē vt deū oꝛaret q̄tenꝰ ei dignaret ostēdere si ipse cēt i nūero saluādoꝝ et cū ille vix p̄tib⁹ vict⁹ oꝛom instādo hoc a deo postularet ostēsuz est sibi q̄ iste frat esset de nūero dānandoꝝ. vñ timēs fratrē illū tue bare p altās dies hoc sibi celauit: sz tādē ꝛe quirēti inuit⁹ apuit. Jlle aūt hoc audiēs ⁊ scri pturas itelligēs stati cōdit vñdict⁹ dñs de⁹ ner vñ desperabo: sz pniaz quā p ingressū reli giōis assūpsi duplicabo ⁊ triplicabo donec vi uā ⁊ grāz et miaz apd altissimū q̄ pi⁹ est inue niā. Et post i bzeui reuelatū est eidē fratri q̄ iste frat eēt de nūero saluādoꝝ. qđ cū eidē fra ri retulisset iste ter⁹ effect⁹ de reuelatiōe coꝛ rectioꝝ fact⁹ in ope arbitrij agēs ⁊ de virtute i vir tutē ꝓgrediēs i bono pseuerauit vñ cessatiōe

℣ In festo sancte trinitatis. Sermo. lxxvii.

O Altitudo diuitiaruz sa= pientie et scie dei q̄ incomprehensibi lia sūt iudicia eius: et inuestigabiles vie ei⁹: qui ex ipso ⁊ p ipz et in ipso sūt oia: ipi si honoꝛ et gl̄ia in scla scloꝝ amen. Roma. xi Sciendum q̄ hodie festū sācē trinitat̄ institu tum est vt oēs fideles agnoscāt vnam simplis cem diuinitatē et trinitatē ꝓfitoꝛ. Maz cele bzamus festū de patre in natiuitate sicut pat misit filiū suū vnigenitū vt eis qui in eū cre dit nō pereat. Mā misit i natiuitate xp̄i ⁊ pas

mitt⁹.

ptione. Celebzam⁹ festū de filio i resurrectiõe et ascēsione: sicut xps resurrexit a mortuis ⁊ ascēdit ad celos. Celebzam⁹ de sctō spū i festo pēthecostes sicut miss⁹ est spūs sctūs discipul' sed hodie celebzam⁹ festū trinitat(.s.pēis: ⁊ filij ⁊ spūs sancti: vt oēs fideles agnoscāt vnā simplicē deitatē ⁊ trinitatē pſonax. Quis ei apostol⁹ rapt⁹ fuerit vsq; ad tertiū celū: ⁊ ibi audiet diuina ⁊ p̄fanda mysteria tñ nō fuit aut⁹ mysterū sctē trinitatis curiose inuestigare: sz in ꝓba admiratiõis ⁊ laudis p̄rūpens dixit. O altitudo. ⁊c. In q̄b⁹ ꝓbis tria ponit ꝓzio q⁹ btā trinitas ⁊ vnitas q̄ est de⁹ nō dz curiose i uestigari cū dicit. O altitudo diuitiarū. Scdo q⁹ fidelr̄ ē credēda: cū dicit. Quā ex ipo ⁊ p ipm. ⁊c. Tertio q⁹ ipa btā trinitas deuote ē adorāda ⁊ glificāda cū dicit. Ipi honoz ⁊ glia i secula. ⁊c. O Scdū q⁹ festū trinitat(signāter et p̄cipaler ppt tria est istitutū. ꝓzio vt oēs fid[illegible]z agnoscāt vnā simplicē deitatē et trinitatē pſonax patris ⁊ filii ⁊ spūs sancti. Mō ad affirmādū fidē nostrā tūc fides trinitatis pōr ꝓbact. ꝓzio p auctoritatē diuinā. s. sacrā scripturā Gen. i. Faciam⁹ hoiez ad imaginē ⁊ sili'tudinē nostrā qđ est ꝓbū patris ad filiū ⁊ ad spūm sctm. q⁹ ergo dicit faciam⁹ idicat pluralitatē pſonax: qz si nō eēt pluralitas i pſonis nō diceret faciam⁹ sz factā nec diceret nāz sed mcā. q⁹ ꝓs dicit ad ymaginē ⁊ sili'tudinez ptinet ad vnitatem substantie qz si ibi nō eēt vnitas substātie nō diceret ad ymaginē ⁊ sili'tudinē nras sed ostēdit btā trinitas testimonio angelox. Nā sicut habet. Esa. vi Angeli q̄tidie clamāt ⁊ dicūt. Sanctus sctus sctus dñs de⁹ sabaoth plena est omis terra glia ei⁹ q⁹ dz ter sctus respicit trinitatē pſonax: et semel dño deus respicit vnitatez substātie Tercio ostēdit auctoritate ps. dicēt(Benedicat nos de⁹ de⁹ nr̄ benedicat nos de⁹ ⁊ metuāt eū oēs fines tre In hoc q⁹ dz ter de⁹ ostēdit trinitas pſonax ⁊ q⁹ dz in singulari eū ostēdit vnitas essentie. Quarto ostēdit in euāgelio. Mat. xxviii. Vbi xps dicit discipulis suis. Baptizātes eos i noie patris ⁊ filij et spūs sancti Quito ostēdit p victū Johānis apli: vt habet. i. Joh. v. Tres sūt q̄ testimoniū dāt in celo. pater verbū et spūs sctus: ⁊ hi tres vnū sunt. Sexto ipsa trinitas ⁊ vnitas ostēdit vestigijs creaturarū nō est tñ aliq̄ creatura q̄ sibi valeat ex toto assimilari: sz tñ aliq̄ sili'tudo pōr bene inueniri. Patet hoc ꝓmo de sole. Nam fm Aug. in sole tria cōsiderāt. s. qđ ē qđ lucet ⁊ qđ calet. i. substātia solis radi⁹ ⁊ calor. Radi⁹ de sole nascit qz filius de patre generatur. Calor ab vtroq; pgredit: qz spūs sanctus ab vtroq;. i. a patre ⁊ filio pcedit. Ipse autem sol a nullo pcedit: qz pater non est factus nec creatus nec genit⁹. Et tñ oia tria p̄dicta sunt vnus sol: sic oēs tres pſone sūt vnus de⁹. Jtē cognoscit in fonte. Fons enī generat riuulū sicut pat generat filiū. Et hōs ⁊ riuul⁹ faciūt stagnū: sic pater ⁊ filius spirāt spūm sctm: ⁊ tñ in fonte riuulo ⁊ stagno est eadez aqua: sic in patre ⁊ filio ⁊ spūsctō est eadē substātia Jtē si speculū ponit i aquā clarā ⁊ tra solē: tūc tres soles apparent vnus in celo et duo in radio. Sic inspiciēdo sacrā scripturā inuenim⁹ trinitatē pſonax ⁊ vnitatē essentie. Jtē inspiciēdo creaturas intelligere debemus trinitatez. Nā in magnitudine creaturax agnoscim⁹ potētiā patris: sicut in altitudine celi ⁊ latitudine terre: ⁊ sic de aliis Sed in decore ⁊ speciositate cognoscim⁹ sapientiā filii et in bonitate et vtilitate creaturax intelligimus bonitatez spūsancti Scdo institutū est festū trinitatis vt hō mortalis ad tēpleť ꝓtū beneficiū recepit q⁹ ad imaginē trinitat(est creat⁹. Ter. in fmone de q̄dragesima Cogita q̄lē te fecit de⁹ Nēpe fm corpus egregiam creaturā: sed fm aiam magis vt pote imaginē creatoris Nam hō i dignitate p̄cellit oēs creaturas corporales. dñs Aristo. de regi. p̄n. dicit nobilissimum aliū est hō. Jtē. viii. poli. Inter oīa alia sol⁹ hō hz rōnē ꝓ Sed diceres quō hō ad imaginē dei est creat⁹. Rñdeo primo ꝓtū ad imortalitatē qz sicut de⁹ ē imortalis sic ⁊ aia Aristo. iij. topicox. Aia hois est imortalis. dñs Aug. Aia ē substātia creata inuisibilis icorporea imortal(a deo sili'ma nullā imaginē hns nisi creatoris sui. Imo etiā fm corpus homo fuit creat⁹ q⁹ debuit esse imortalis. Sed quia peccauit ꝓpterea fact⁹ est mortalis. dñs Gre. in moral. Ad hoc hō i paradiso posit⁹ erat vt si se ad cōditoris sui obediētiā vinculis charitatis abstringeret ad celestē patriā ⁊ societatez angelox q̄nq; sine morte carnis trāsiret Sic nāq; imortalis cōditus vt si nō peccasset etiā mori nō potuisset Sz mō aia est imortalis et post hāc vitā habebit vel gaudiū vl' sappliciū sed post iudiciū tūc corpus erit etiā imortale sic q⁹ hō post iudiciū eternalit viuet cū corpe et aia vl' i penis vl' i gaudijs Scdo hō ad imaginē dei creatus est ꝓtuz ad dominationē qz sicut deus est dñs oiz: sic hō oim creaturarū. ps. Oia subiecisti sub pedibus eius. Quia si hō in statu innocētie permansisset oēs creature ei subiecte fuissent: sz boues celi et pisces maris: ⁊ alia i terris. Sed qz homo suo creatori inobediēs extitit ideo obediētia creaturax p magna parte perdidit. Jtē deus oia q̄ sunt in celo et in terra ꝓpter hoiem creauit hoc ptz. Nā angeli seruiūt hoibus Sic luminaria celi seruiūt hoi. Nā sol caulat tibi diem luna illuminat tibi noctez ignis tēperat tibi frigiditatē aer dat tibi spiramen: aqua mundat tibi fetorē et mitigat tibi sitis arborē: terra pfert tibi fruct⁹. s. frumentū et vinū: aqua pfert tibi pisces: ouis pfert tibi lanā cū qua

regis corp⁹ tuū: ⁊ sic de aliis Ergo hō est dñs oīm creaturaꝝ: q̄ tenet deū laudare pze omnibus creaturis Tercio hō creatus est ad imaginē trinitat(is: ⁊ hoc in trib⁹ potētiis aie. s. mēoria intelligētia: ⁊ volūtate: vt sz mēoria sit camera patris in qua habitet p cōtinuā recordationē. intelligētia sit camera filii in qua habitet p vere fidei cognitionē: volūtas sit camera spūsancti in qua habitet p amorē vbi hō in vera charitate voluntatē suā cōformet voluntati diuine. Tercio festū trinitatis institutū est vt hoies incitant ad gratiarū actiōes ipi deo q̄ talē gloriā nobis hic reuelauit in fide. s. donādo nobis cognitionē sctē trinitatis p fidē et in futuro reuelabit nobis in specie. i. Johis iii. Videbimus eū sicuti est. Joh. xvii. Hec ē vita eterna vt cognoscāt te ⁊c. Wñ merito decere debem⁹ cū apl'o. Ro. xi. Ipsi glia in scla Jdeo sāctus Hiero. illū versum. Glia patri et filio et spū sctō ⁊c. in fine psalmoꝝ decātare instituit Et eundē versum q̄libet cuz magna reuerētia corporis et deuotione mētis decantare vel legere debet. Q Mā cōfessio sctē trinitatis si deuote ⁊ cū reuerētia noiaī valet principaī ad tria. Primo ad demonū expulsionē. Quod significabaī in quodā fideli notario apud cōstātinopolim de quo legit q⁹ cū quidā magus ad quēdam locum euz duxisset vbi multitudo demonū residebat vn⁹ eoꝝ in throno sedēs interrogauit eū si vellet ei seruire: ⁊ ille signauit se signo crucis dicens. Ego cū seru⁹ sctē trinitatis Et viso signo ⁊ audito noie sctē trinitatis oēs aufugerūt. Cū igitur predictus notarius ad ecclesiā sctē sophie venisset imago .ꝯt que ibi erat oculos ad ipsum quocūq⁹ p ecclesiā pergeret cōuertebat: ac si ipso facto xps sibi diceret: qz exfestus me fuisti cozā demonib⁹ in terris ego exfiteboz te cozā patre meo in celis. Scdo valet ad tribulationis ppulsionē Mā sicut dicit Joh. Damasce. Cū apud cōstantinopolim pestilentia grauis esset q̄dā puer de medio ppli in celū rapt⁹ cū titulo sctē trinitatis. s. sctē de⁹: sctē fortis: sctē imortalis ⁊ misericors saluator miserē nobis ab angelis est edoctus q̄ cū rediēs cozā pplo decātasset: mox ois pestilētia est fugata. Tercio valet ad malorū cōfutationē ⁊ cōuersionē. Sicut ei refert Bona. iii. li. quē scripsit ad comitissam matildam cū archiepūs ebzodien. symoniac⁹ esset et oēs testes pecunia corrupisset q̄dā legat⁹ bīe sctūs pcepit eibz Bsum sctē trinitatis scz Glia pri ⁊ filio ⁊c. diceret rogās deū vt li symoniac⁹ esset spūsctūs cui iniuriā fecerat noiare non posset Qđ factum est: ⁊ sic ille deprehēsus petīt suū humiliter cōfessus fuit ⁊ pniam egit. Modo loquēdo modicum de euāgelio hodierno: tūc primo queritur quare hoc euāgeliū hodie legit. Rñdet q⁹ deo quia quelibet pson in diuinis in euāgelio hodierno apte exprimit. Mā pson filii est illa q̄ loquit: sz pson pris exprimit cū dz. Scim⁹ qz a deo venisti magister. Et pson spūsancti ostē dit cū dz Misi q̄s venat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ spūsctō et illud Spūs vbi vult spirat. Exprimunt autē psone diuine cū suis appropriatis Cū ei patri attribuit potentia: filio sapiētia: spūsctō bonitas: tūc pson pris exprimit cū sua potentia cū dz Nemo pōt hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit de⁹ cū illo: qz signa facere ē diuine potētie Exprimit pson filii cū sua sapientia cū dz. Scimus qz a deo venisti magister Ad magistrū em spectat sapiētia docere Exprimit em pson spūsancti cū sua bonitate cum dz Spūs vbi vult spirat. Nō em ex nostris meritis: sz ex sua gratuita bonitate se nobis infundit. Sed queritur q̄re patri attribuit potētia filio sapiētia spūsctō bonitas cū tñ oēs tres psone. s. pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūsctūs habeāt eandē potētiā: sapiētiā et bonitatē. Rñdet Fm Aug in li. de trinitate. In creaturis solet notari in patre defectus potētie ꝓpter antiquitatē In filio solet notari ignorātia ꝓpter nouētatē et inexperiētiā: ⁊ spūs videt sonare inuehementiā. Esa. ii. Quiescite ab hoie cui⁹ spūs in naribus eius est Et ne putet sibi esse in diuinis sicut i creaturis tūc pri nō solū attribuit potētia: sz oipotētia: ne videat senioz: et ob hoc in symbolo dz. Credo in deū patrē oipotentē Et filio nō solū sapiētia: sed etiā oīs sapientia et scia attribuit ne videat minoz aut minus sciens aut minus expertus Et spūi sctō attribuitur bonitas ne putet crudelis aut behemens. vñ ps. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā. R Quāuis aūt deus pater si oi potēs duo tñ sūt in ipo ⁊ duo in nobis q̄ ipm vincere vident. Primū est sua pietas viscera. Hiere. xxi Cōturbata sunt oia viscera mea sup eū miserās miserabor eius. Aug. Tardi⁹ quidē videt a deo peccatoz venīa suscipere q̄ deus velit dare. Libērius dat veniam deus q̄ reus eā petit. Sic em festinat absoluere reum a tormēto cscientie sue quasi eū plus cruciet q̄ passio miseri q̄ ipm miserū passio sui. Secundū est sua charitas affectuosa que ipsum de celo ad terram deposuit. Aug. O charitas q̄ magnas vires habes. deū de celo ad terras deposuisti ipsum etiā ad crucem alicēdere fecisti. Nichil aūt cū esset omps eum coartare potuit nisi sua pietas ⁊ viscerosa charitas. Tercio cū est oratio nostra lachrimosa: qđ significatur in ezechia rege cui⁹ lachrymę bicerunt eū vt sua mortis sup eū non p̄ederet sicut tūc ꝓpheta a dño nūciauerat. Esa. xxxviii. Audivi orationē tuam ⁊ vidi lachrymas tuas. ecce adiciam ad dies tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis assyrioꝝ eruā te. Idem etiam patet in moyse cui de⁹ dixit. Dimitte me vt irascat furoꝝ meus ⁊c. Vere o humilis lachryma

tuū est regnū: tua est potestas: ante cōspectum iudicis non ueneris intrare: sola si intraueris nunq̄ sola redibis: q̄cq̄d petieris obtinebis uinculis inuincibilēq; ligas oportētem Quare tū est nostra humilitas gratiosa. Iūd innuitur. iii. Regū. xxi. Vbi dñs dixit Helie Nōne uidisti achab humiliatū coz̄ me: q̄ ergo humiliatus est causa mei nō inducā malū in diebus eius. Hoc etiā p̄z de niniuitis quoz humilitas uicit deū. Jone. iii. Vidit deus opera eoz q̄ cōuersi sunt ꝛc. Jtē sciēdū ꝙ uis ēt sapiēs ⁊ cautus nūq̄ sufficienter p̄mittit se decipi inuēditiōe: emptiōe. ⁊ cōmutatione. In vēditione q̄dē q̄ vēdēdo nobis regnū celoz̄ permittit se a nobis decipi infra dimidium iusti p̄cii. Jp̄m em̄ vēdiderat apl̄is p̄ thebus ⁊ parua nauicula: zacheo p̄ dimidia substantia uidue p̄ duob⁹ minutis quibusdam p̄ calice aque frigide: vt habet Mat. x. Quibusdā p̄ro sola [illegible] a uolūtate. Hiero. Que offerunt̄ non sui potestate: sed offerentiū pensant̄ uolūtate Aug. Regnū celoz̄ tātū valet quantū habes Sciō p̄mittit se recipi a nobis in emptiōe q̄ uilia nostra caro p̄cio emit mā corpus nostrū erat p̄tio magno sui sāguinis. i. Coz. vi. Empti em̄ estis ꝛc. Jam nostram emit potitiōe animę sue. i. Joh. iii. Ille p̄ nobis aias suā posuit. Tercio permittit se a nobis decipi in cōmutatione: quia res nostras nobis in cētuplo restituet: vt habet Mat. xix. Cētuplum accipiet ⁊ uitam eter. possi. Sz bonitas q̄ attribuitur sp̄ūsancto tanta est vt ab ea nullus se abscōdere possit iuxta illud p̄s. Nō est qui se abscōdat a caloze eius. Mā in celo est mia saluans. p̄s. Dominine in celo mia tua. In purgatorio ē mia liberans. Eccl̄i. li. Liberasti me a p̄fessura flamme q̄ circūdedit me. In inferno ē mia ferioz dia mitigans: quia deꝰ ibi punit citra condignū p̄s. Aut obliuiscet̄ misereri deꝰ aut cōtinebit in ira sua mias suas. In mūdo vero mō est mia ꝓseruās ꝙtū ad iustos. modo mia expectās ꝙtū ad malos: mō mia trahēs ꝙtū ad duros qui per būficia ⁊ flagella trahuntur mō mia suscipiēs ꝙtū ad reuerētes vt possit dici illud p̄s. Mia dñi plena est terra. Jsta autez mia ⁊ bonitas sp̄iritus sancto est p̄pria et innata. tuxta illud. Deꝰ cui p̄priū est misereri semp ⁊ parcere S Vltimo sciendus ꝙ trā trinitas fidel̄ est credēda non curiose in uestigāda: q̄ hoc uanum esset ⁊ stultum: quia hoc nō posset cōsequi intētum suū. Sicut em̄ uanus ⁊ stultū esset omnes huc ⁊ illuc sparge re: vt illud q̄ in abysso terre latet uideret cū tū nichil posset uidere nisi ꝙ extra superꝰ apparet. Sic stultus est ⁊ impossibile perscrutari p̄fundum trinitatis. dñi Aug. Quid est deꝰ omnipotēs nisi ineſtimabilis ⁊ ineffabilis et lentia. Sciō: quia hoc periculosum esset. Pro uerb. xxv. Sicut qui mel comedit multuz nō est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis oppimetur a gl̄ia. Eccl̄i. iij. Altioza te ne q̄sieris et fortioza te ne scrutat⁹ fueris: sz q̄ p̄cepit tibi deus illa cogita semp. ꝙ periculosū sit p̄bat Aug. dicēs Vbi q̄ritur unitas trinitatis p̄ris et filij et sp̄ūsancti: nec alicubi periculosius erratur nec laboriosius aliquid q̄ritur: nec fructuosius aliquid inuenitur. Ber. Scrutari hoc temeritas est credere pietas nolle uita ętna. q̄ impossibile sit perscrutari sanctam trinitatez patet per tale exemplū de sancto. Aug. q̄ existēs quo libzos de sancta trinitate ꝓponat cū per littus maris sotijs alōge sequētibus quedam de trinitate meditando discurreret quendā puerū in littoze maris inuenit qui cū quodam cochleari argenteo in quadā fouea quā fecerat aquam de mari effundebat: dicens se totum mare uelle in illa fouea sic haurire. Cui Aug. in risum ꝓuocat⁹ ait. Quomodo fili hoc facere posses cū mare sit magnū ⁊ cochlear parum. Et puer Facilius est michi hoc agere ꝙ tibi q̄d cogitas adimplere. Tu em̄ cogitas in libzo tuo mysteriū trinitatis cōprehendere cū liber tuus sit paruus ad recipiēdū: ⁊ ingeniū tuum paruū cochlear ad inq̄rendum: ⁊ ipsa rei nitas pelagus immēsum ad hauriendum: ita tiq̄ puer disparuit: ⁊ Aug. deo gratias agēs ꝙ sit ueruz quod puer dixit recognouit ¶ In eod̄ festo. Ser. lxx vi. De trinitate et baptismo

QJsi quis renat⁹ fuerit ex aqua et sp̄ūsancto non p̄t introire regnum dei. Joh. iii. ¶ Sciēdū ꝙ triplex ē natiuitas. s. naturalis sp̄ualis et celestis. Hō igit̄ q̄ nat⁹ est natiuitate naturali nō p̄t intrare regnū dei nisi iterū nascat natiuitate sp̄uali q̄ fit in baptismo ꝙtūcūq; etiā sit renatus natiuitate sp̄uali adhuc intrare nō poterit regnū celoz̄ nisi iterū nascatur natiuitate tertia. s. natiuitate celesti que fit i mozte cuiuslibet iusti. Jcci. Jo prima natiuitas ē hoi ad hūilitatē. Scda ad iustificationē. Tercia ad beatitudinē. Puer quidē nascens natiuitate naturali ꝙtuoz facit q̄ nobis sūt ad hūilitatis exēplū. Jo primum est ꝙ flendo ⁊ nō ridendo nascit. Sap. viij. Jo primam uocē emisit plozās. Aug. de ci. dei. Puer a plozaru incipit nascens ꝓphetizās ꝙ maloꝝ p̄sciꝰ sit. Jdeo dicit Hiero. ꝙ dñs fleuit q̄si Lazarum suscitaturus: ex eo ꝙ amicū charissimū ꝓpter alios saluandos ad hoc differebat ire reuocare cogebat. Scdz est ꝙ puer mozebestiaꝝ. s. curuus: ⁊ q̄si in quattuoz pedib⁹ nascit ad innuēdū ꝙ comparatus est iumentis insipientib⁹ et similis fact⁹ est illis Tercio est ꝙ puer manū ad os ponit ad innuēdū ꝙ uenit ad cātas miserias ꝓpter peccm̄ oz̄ ꝓnoꝝ parentū. Mā mulier peccauit oze p̄ fatuā exculationez

Uterq; peccauit ore p illicitā comestionē: mr
ri sunt hodie q̄ suo ore totalr peccāt aut mala
salēdo aut se nimis ingurgitādo Quartū est
q̄ puer nuo⁹ ꝫ paup nascit. Nud⁹ etra superbā
uestū. Alia ei aialia nascunt cum cutibus p
tūicis hō ño nud⁹ nascit ḡ dz q̄rere uestes cō
tra frig⁹ ꝫ nuditatē. Itē paup nascit ꝫtra aua
ricia: ergo i modicis dz hō cōtētari Apl⁹s. i.
Thi. bj. Hūtes alimenta et quibus tegamur
his contēti sumus. Scdā natiuitas est spūa-
lis que fit in baptismo; ꝫ de hac spūali natiui
tate sunt ppolita ꝛba ubi dr. Nisi q̄s renat⁹
fuerit ex aqua ꝫ spūsctō non pōt introire. ꝛc.
Ds hic tria sunt dicēda. Pmo declarāde sunt
aliq̄ q̄stiones circa baptismū. Scdo q̄s sit
effectus baptismi Tertio q̄d illa signa q̄ fiūt
ā baptismū ꝫ post baptismū significēt W
Quātū ad pmū q̄rit q̄s sit effect⁹ catheclsmi
Rñ fm scām Tho. i di. iiij. bj. q catheclsm⁹
habet effectū i corpe ꝫ aia: q̄ minuit potesta
tem demonis nec possit tm in hoie sicut prius
et ne baptismū ꝫ alia bona impediat Sed pre
dicta ptās demonis totalit in baptismo tollī-
tur: sic ꝫ Pharao ꝑus flagellatus est ppło nō
egresso de egypto; ꝫ post ea ppło egresso totali
ter in mari rubro (qđ est figura baptismi) est
submersus. Querit utrū oēs hoies tenēantur
ad baptismū Rñ scdm scām Tho. in. iiij. di.
q̄ q̄libet tenetur etiā sctificatus in utero pro
pter tres cōnes. Pmo q̄dē ppter acquiren-
dum characterē quo adunet ppło dei ꝫ deputet
ad percipiēda sacramēta. Scdo ut p baptis
mi susceptionē ꝛfozmet corpalr passioni xp̄i.
Tertio ppter bonū obedientie quo ad p̄ceptuz
de baptismo datum Joh. iij. Nisi q̄s re
